UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Viator Christianvs Recta Ac Regia in coelum Via tendens

Soliloquium Animae. Vallis Liliorum. De Tribus Tabernaculis. Gemitus & suspiria animæ pœnitentis, seu de Vera Compunctione Cordis. Cohortatio ad Spiritualem profectum

Thomas <von Kempen>

Coloniae Agrippinae, 1682

II. De districto Dei judicio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-53320

Visual Library

CAP. II. *De diſtricto Dei judicio.*

LÆtetur cor meum, ut timeat nomen tuum. *Pſal. 85.*

Deus meus, multum amabilis es, ſed & terribilis multum. Qui amat, gaudeat: timeat verò qui non amat. Qui nec timet nec amat, ſtolidus eſt & inſanus.

Eſt enim *horrendum, incidere in manus tuas.* a Et quis *præ timore, iram tuam dinumerare poterit?* b Aut *quis ſtabit ad videndum te in judicio venturo?* c Quia *ſicut rugitus leonis, ſic rugitus tuus: & ſicut ignis vibrans, gladius tuus.* d A clamore vocis tuæ commovebuntur omnes inhabitantes orbem: & concutientur omnia fundamenta terræ, cùm veneris.

a *Heb. 10.* b *Pſal. 89* c *Mal. 3.* d *Iſaia 5.*

Quis ergo non timebit? Aut quomodo poterit quis effugere manus tuas? Si abſconderit ſe homo ſubter petram firmiſſimam, tonabis ſuper eam, & ſcindetur fortitudo ejus. Et ſi latuerit in ſpeluncis aut in montibus, inde erue-

Deum iratum nemo poteſt effugere.

eruetur, & ſuſtinebit iratum, q
non ſtuduit habere placatum.

Hebr. 4. 2. Certe non eſt locus, ubi h
mo à facie tua abſcondatur. O
nia enim tibi nuda ſunt & ape
ta: penetras quoque omnia in
riora hominis, & ſubtiliſſim
cogitationum motus perſpic
Nullum ergo ſecretum clauſu
oculis tuis.

Prov. 2. O quàm terribilis eris pecc
toribus & induratis mentibus, q
Pſal. 52. modò *gloriantur cùm male f*
cerint, & exultant in rebus p
Securitas carnalis; *ſimis*, & dicunt: *Non videt D*
minus, non intelligit Deus. Ta
quam non ſis venturus, ſic inflan
Pſal. 9. tur verbis inanibus: & *avertu*
oculos ſuos, ne videant in finem

Quem exitum habitura. Tu autem venies hora, q
non æſtimant; capienturque pe
catorum ſuorum laqueis. Et ſic
fures & latrones comprehen
confunduntur, ſic confundent
in tempore ſuo. Deridebis eo
qui nunc derident tuos, & redd
eis malitiam ſuam, qui odio h
buerunt juſtitiam tuam.

Modo ſurdeſcunt ad voce
tuam; ſed veniet tempus, quand
cl

clamabunt, & nemo exaudiet. Vertunt nunc verbum tuum in fabulam, ſed convertentur tunc ipſi in flammam. Egredietur enim ſermo tuus horribili flatu, percutietque impios & incredulos ſine miſericordia.

3. Quid tunc dicet ſuperbus inflatus ſcientia, ac tumens potentia? Quid reſpondebit, cùm tuba noviſſima inſonuerit? Quándo tu Domine Deus noſter, cum Angelis & Archangelis, in majeſtate apparueris?

Tunc certe obmuteſcent omnes iniqui illuſores verbi tui: & conturbabuntur undique, qui non timuerunt devotos tuos inſectari.

Tunc confundentur confuſione maxima, qui relicta conſcientia & honeſtate vitæ, vanitatibus ſe ſubdidere & illecebris. Tunc ſolvent pœnas, qui carni laxarunt habenas. Tunc dabunt mugitum ad cœlum, qui nunc tympanum tenent & chorum. *Impiorum horrenda confuſio in judicio.*

Tunc totum vertetur in luctum, quicquid per immoderatum gaudium eſt contractum.

Matt. 13. Tunc ligabuntur in faſciculos ad comburendum, qui ſocii fuerunt ad inebriandum. Et quos amor ligavit in culpa, ultrix flamma ſimul rotabit in pœna.

Cæcitas amatorum hujus ſeculi. 4 O ſtulti & miſeri! O veſani & cæci amatores ſeculi, quid agitis & prætenditis? Quomodo effugietis iram Domini? Cur ad æternos cruciatus feſtinatis pro modica voluptate, quam amatis? Cur gehennam non horretis, qui parvam pœnitentiam ſic timetis? Et qui mortem carnis fugitis, quare æternam animæ mortem non præcavetis?

Niſi ergo converſi fueritis, & pœnitentiam egeritis, hæc horrenda mala igneaque tormenta (Deo vindicante) non evadetis.

Deus in judicio inexorabilis. Tremens factus ſum ego, dum extremum penſo diem & horam: quoniam tunc Deus non flectetur precibus, ſed erit juſtus judex omnibus.

Sancte Deus, ſancte fortis, ſancte & miſericors Salvator, amaræ morti ne tradas me; ſed da locum pœnitentiæ, ut digne

quea

queam peccata mea deflere, priusquam defungar hac luce.

ORATIO Pœnitẽtis pulcherrima.

CAP. III. *De dolore & fletu peccatorum.*

Dolor meus in conſpectu meo ſemper. *Pſal. 47.*

Deus meus, vitam meam maculavi peccatis multis; ſed vide lacrymas meas, quas fundo in conſpectu tuo pro eis. Scio enim quia non habitat in me bonum; *Rom. 7.* & quamdiu mortale gero corpus, non ſum liber à peccatis.

Occupatio exteriorum, remora compunctionis.

Facio igitur malum, & pecco quotidie; & quod gravius eſt, multa patior abire ſine gemitu & digna contritione. Nam exterioribus rebus & vanis curioſitatibus ſæpius intentus & implexus, non poſſum tam celeriter reverti ad ſalutares fletus.

Ideo tam fortiter multiplicantur in me peccatorum tenebræ, fontes obſtruentes gratiæ, & venas divinæ conſolationis non admittentes. An iſtud parvum eſt malum? Grande eſt hoc malum Deus meus; & fit tanto